

1337 ig. 20 Martii

155.

Littere Henrici Silesie Ducis quibus re-  
cognoscit, quod castrum et oppidum Kant  
et Alodium Kammerdorf, cum omnibus fru-  
ctibus et pertinentiis, post mortem suam  
ad Joannem Regem Bohemiae devolvi debe-  
ant eo quod sibi dicta bona a prefato rege  
quoad usum fructum data sint. Actum Vratis-  
laviae feria sexta ante dominicam Petare.  
Anno 1337.

Nos Henricus Dei gratia Silesie dux, domi-  
nus in Javer ad universorum notitiam tenore pre-  
sentium volumus pervenire. Quod nos castrum et  
oppido Kant et alodium Kammerdorff cum fructi-  
bus et pertinentiis suis universis, distrigatis et di-  
strigandis ejusdem, in possessionem prout frater et sa-  
ter noster possederunt et habuerunt assignata et do-  
nata nobis, quoad usum fructum per dominum  
regem inclitum, et usque ad tempora vite nostrae  
utifruenda per nos et possidenda etc. Post mortem  
autem nostram prefata castrum et oppidum Kant  
cum Kammerdorff, et utilitatibus ac pertinentiis suis  
universis per nos possessis et habitis ad ipsam do-  
minum regem et successores suos Bohemiae reges  
debeant protinus devolvi. Hactenus nostrarum testi-  
monio litterarum. Datum Vratislaviae Anno dni  
M. CCC. XXXVII. Feria sexta proxima ante domi-  
nicam. Petare.

